



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 100. Exempti, an post cautionem iudicio sisti iudicatum solvi,
coram ordinario præstitam recurrere possint ad conservatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

canonibus privilegio gaudere, probari & confirmari possent ex his, quae de familiaribus Exemptorum alio in loco attulimus, ad quem locum si usus sit, Lector recurrere poterit. *lib. 1. de iurisd. cl. ord. in exempt. quest. 30.* quadrantque ea quae hic tenentur offendimus de Ecclesiis aut personis alicui ordini exempto pleno jure subiectis, quae hic non repeto.

QUESTIO CENTESIMA.

Exempti an post cautionem iudicio sibi iudicatum solvi coram ordinario praestitam, recurrere possint ad Conservatorem.

SUMMARIUM.

1. Exempti prorogare non possunt.
2. Cautiones tacitam habent conditionem, in quantum de jure teneantur.
3. Cautiones iudicio sibi non inducunt iudicii prorogationem.
4. Cautiones istae non tollunt exceptiones ex defectu iurisdictionis orientes.
5. Cautiones istae non prosunt indemnitati ejus, cui praestite sunt.
6. Cautio Clerici coram iudice laico nullius est roboris.

Hodiè mihi proponitur quaestio, exemptum quemdam praestitisse coram ordinario, coram quo conveniebatur, cautiones iudicio sibi & iudicatum solvi. Queriturque an non obstante prorogatione iudicii, imò sententià latà in praedictum Exempti, possit ad suum Conservatorem recurrere. Quaestiois hujus duplex est membrum, prius in prorogatione iudicii, posterius sententià latà subsistit, in utraque tamen respondij, non obstantibus hisce cautionibus recurri posse ad Conservatorem.

Nam quo ad prorogationem, praeterquam quod Exempti immediatè S. Sedi subiecti prorogare alterius jurisdictionem nullatenus possunt, uti alio in loco ostendi, *de iurisd. cl. Ord. in Exempt. lib. 2. quest. 7.* certum est ejusmodi cautiones tacitam ampliatè & de ventre suo complecti conditionem, in quantum de jure coram tali iudice suscipere teneantur, *l. non videtur ff. de iudic. Barb. l. quidam consulat ff. de re jud. Amb. offeratur C. de litis contest. C. str. l. vir. bonis nu. 1. ff. iudicatum solvi. Vincentius Carocius de remediis adversus sententias & prejudiciales exceptiones Exemptione 22. quest. 24. fol. 21. Col. 4. Barb. d. l. vir. bonus nu. 4.* Cum itaque Exempti immediatè S. Sedi subiecti non modò non teneantur suscipere iudicium coram ordinario, sed ne quidem volentes prudentesque non possint, cap

